

igne purgabitur. Per hunc ignem intelligim⁹
 caritatem sine qua omnis sanctificatio pri⁹
 habita nihil valet que conuenienter ignis
 dicitur. quia ab igne de⁹ denominat. sic. n.
 deuter. dicitur Deus ignis consumens est
 ⁊ ideo flama ex pñia huius diuini ignis in
 animam transiens ignis silit nominat. de
 hoc igne dicitur Leui. Ignis in altari meo
 semper ardebit ⁊ iterum. Ignis iste debet
 esse perpetuus signans caritatem que in al
 tari cordis nostri hic debet incipere ⁊ ineter
 num nunquam extingui. De hoc igne qui
 caritas est tria maxima bona nobis proue
 niunt quibus maiora non sunt in celo ⁊ in
 terra. Per eam enim habemus vitam qua
 nihil magis diligitur super terrā. hinc ber.
 Ultra cordis amor est ⁊ id circo oīno impossi
 bile est vt sine amore sit cor quod viuere cu
 pit. Secundo per amorem omnia que sūt
 nobis proueniunt ad salutē ⁊ hoc est quod
 ait ap̄ls. Scimus qm̄ diligētib⁹ deum
 omnia cooperantur in bonū. Tercio p̄ amo
 rem deum qui est oīm beatorum thesaurus
 habemus. qui per fidem que per dilectionē
 operatur habitat in cordibus nostris. Ser
 tum ad sanctificationem faciens tam in ve
 teri testamento q̄ in nouo sunt verba. vnde
 ad sensum videmus q̄ omnia ad cultum di
 uinum necessaria verbis ⁊ benedictionibus
 consecrantur. Sunt autē duo genera verbo
 rum. s. verba dei ⁊ nostra. per verba dei intel
 liguntur benedictiones. per verba vero nra
 orationes. de quibus benedictionibus dicit
 deuter. xliij. Si audieris vocem domini
 dei tui vt facias atq; custodias mādata que
 ego precipio tibi hodie. venient super te vni
 uerse benedictiones iste ⁊c. de verbis vero
 nostris scz orationibus etiā alijs sermonib⁹
 copiosa materia inuenitur. **XC VIII.**

De eodem sermo tertius.

Gloria hec est
 omnibus sanctis eius ps. Di
 bern. Non parum fructuosa in
 uenitur memoria sanctorū oīm quorum ho
 die gaudia celebramus que languorem te
 porum. errorem depellit. languorem cū eoz
 intercessione nostra infirmitas adiuuet. ⁊

porum cum et consideratione beatitudinis
 eorum nostra negligētia exciretur. Errorem
 cum de eorum exemplis nostra ignorantia
 informetur. ⁊ quia tantum fructum ex eis
 sequimur expedit ne ingrati tudinem incur
 ramus vt ex omni corde viceversa eius lau
 dem ⁊ gloriam referamus ⁊ hoc est qd̄ mo
 nemur in verbis propositis cui⁹ dicitur Glo
 ria hec est omnibus sanctis eius. ac si dicat
 quia in singulis festis nos singulis sanctis
 gloriam exhibemus. ideo gloria quā in hoc
 festo colimus. non vni non paucis non ml
 tis sed debetur omnibus sanctis dei. **¶**
 Est autē triplex gloria ad quam exhibendam
 debemus nos omni deuotione qua possu
 mus exercere. s. admirationis. venerationis.
 imitationis. Prima debetur deo. secunda
 sanctis. tertia nobis. Prima est mentalis
 secunda vocalis. tertia realis. Prima ergo
 gloria scz admirationis in hoc festo ante oīa
 dño est offerēda. qm̄ in oīm primordijs nos
 nominare laudare glorificare condecet eum
 qui cunctos condidit sanctos. per quez oīa
 facta sunt per quem cuncta subsistunt ele
 menta. cui tunc suam gloriam exoluimus
 cum eum in sanctis suis laudamus. laudā
 do admiramur eius potentiam sapientiam
 clementiam. qua potuit sciuit voluit tam vi
 les vermiculos de stercore ⁊ puluere. p̄ crea
 tos in tam excellentem gloriam sublimare.
 dicentes intimo admirationis affectu illud
 Ro. ij. Non est sanctus vt est dñs ⁊ nō est
 fortis sicut deus noster qui suscitāt de pul
 uere egenum ⁊ de stercore erigit pauperem
 vt sedeat cum principibus scz cum angeli
 cis spiritibus ⁊ solium glorie teneat. Quā
 gloriam tunc deo verissime exoluimus cum
 in admiratione eius laudis deficiamus. cum
 affectus admirationis preualens non inue
 nit verba congrua per que possit exprimere
 quod miratur dicentes illud. Ecclesi. xliij.
 Multa dicimus ⁊ deficiamus verbis. consu
 matio autē sermonum ipse est in omnib⁹ glo
 riantes ad quid valebim⁹. ipse enim om̄ps
 est super omnia opera eius. terribilis domi
 nus ⁊ magnus vehementer. ⁊ mirabilis po
 tentia ipsius. ad talem gloriam deo exhiben
 dam hortamur ibidem cū statim subiūgīf.

Tripz gloria

Glorificantes deum quantumcumque potestis
 et superualebunt ad huc et admirabilis magnifi-
 centia eius benedicentes et exaltate illum quam-
 tum potestis maior est enim omni laude et
 sequitur. Ne laboreris non enim comprehen-
 detis. Quis enim magnificabit eum sicut est
 ab initio multa abscondita sunt maiora his
 pauca enim vidimus operum eius. Que mira-
 bilia intuens iob. di. Qui facit magna et in-
 scrutabilia et mirabilia quorum non est nu-
 merus. quod exponens gre. di. Diuine for-
 titudinis facta tunc verus explemus cum hec
 nos explete non posse cognoscimus. tunc fa-
 cundius loquimur cum ab his obstupescen-
 do obmutescimus. Ille ergo deum secundum mul-
 titudinem magnitudinis maxime laudat. qui
 se succumbere in eius laudis expletione cogno-
 scit. **P** Secunda gloria est et dicitur gloria vene-
 rationis. quam ut scis omnibus quorum hodie
 festum colimus exhibemus. quam tunc vera-
 citer exolumus si ymnis psalmis et canti-
 cis et profundis suspiriis. interius susurris
 affectuosis orationibus. deuotis laudibus
 omnes sanctos cum omni vigilantia hono-
 ramus cupientes singulos et omnes lauda-
 re amplius quam possumus tanto affectuosi-
 us hec agentes quanto plures sunt quos vene-
 ramur di. illud iob. xi. Misere mihi mei mi-
 seremini mei saltetis alicui mei. nec oio dubi-
 temus quin per eorum intercessionem gratiam
 consequamur. Si enim ut ait greg. impossi-
 bile est multorum preces non exaudiri. in infi-
 nitum impossibilius est preces sanctorum oio
 non audire. et si moyses in terra adhuc posi-
 tus ubi modicum est caritatis. perijt delecti-
 de libro viuentium nisi culpa populo sibi com-
 misso tolleretur. et si paulus optabat anathe-
 ma esse pro fractibus in infinitum nunc mise-
 ricordiores facti pro nobis efficaciter inter-
 cedunt. quippe qui in eternam dei misericor-
 diam sunt imersi. De hac veneratione hor-
 tat nos augu. di. Hinc resonent psalmi
 crepent lectiones et alternantibus vocibus
 carmina misceantur. Tercia gloria deo et sa-
 ctis eius hodie exhibenda est. que etiam dicitur
 gloria imitationis. nec maiorem gloriam et sa-
 ctis gratiore possumus exhibere quam ut indu-
 entes vitam ipsorum sequamur fideliter eorum

vestigia imitantes. quod ex persona omni paulus
 monuit Heb. vi. cum di. Cupimus vni-
 quosque vestrum eandem oisitate sollicitudine
 ad expletionem spei usque in finem. ut non
 segnes efficiamini verum imitatores eorum
 qui fide et pacia hereditabunt promissiones
 Item ad thes. iij. Ipsi sancti fratres quod vos
 oporteat imitari nos. neque enim gratis panes
 manducauimus. sed in labore et fangatione
 nocte et die operantes ut nosmetipsi formam
 daremus vobis ad imitandum nos sic in p-
 sona omni et pro omnibus qui in celo sunt cla-
 mat apud ad nos de celo. insinuans nobis quod
 pro maria gloria accipiant si imitabimur eos

Sed quod singuli nos omnes imi-
 tabimur cum non vna via ad regnum perue-
 nerint. Ad quod dicitur quod omnes imitabimur
 si re et nomine sancti erimus sicut ipsi. Du-
 plici autem deuotione sancti erimus testante
 bern. qui di. Sanctum facit affectio sancta
 et ipsa gemina deuotio scilicet timor domini sanctus
 et amor sanctus. Per primam deuotionem
 ad sanctitatem iniciamur. per secundam con-
 sumamur. unde de timore dicitur Eccl. iij.
 Qui timent dominum sanctificabunt animas
 suas. Qui enim sine timore est non poterit
 iustificari. De hoc ergo timore tria dicuntur
 per ordinem scilicet de eius acquisitione. acquisi-
 ti timoris promotione. promeriti timoris sancti-
 ficatione. De primo sciendum quod timorem
 gratuitum per nos et a nobis acquirere non
 possumus cum sit primum de seipsis donis
 spiritus sancti sed habilitate nos possumus ut
 hoc donum nobis a domino infundatur quod fa-
 cilimum esset si aptos oculos haberemus ut
 singula vana et pericula videremus. quocum-
 que enim considerationis nostre oculos verti-
 mus timoris materiam inuenimus. Si enim
 supra nos oculos attollimus inuenimus ibi
 iustum iudicem deum qui nullum vniquam dis-
 silauit puluerem peccatorum. ex quo intuitu
 sanctus iob. deus timuit di. x. Verebar oia
 opera mea sciens quod non parceret relinqueri
 ti. quod exponens greg. di. Delinquenti neque
 quam parcat deus quia delictum sine vitione non
 deserit. hinc iere. x. Quis non timebit te o-
 rex israel. Si vero post tergum respicimus
 videmus turbam magnam quam dinumerare

No. de timore

nemo poterit ex omnibus peccatis et negli-
gentis que sub celo sunt. que ex commissio-
ne mali et obmissione boni committimus in-
cessanter quorum nullum unquam rema-
net impunitum. Hinc iob. xx. Luct omnia
que fecit. Item Ecclesia. xij. Cuncta que fi-
unt adducet deus in iudicium pro omni ex-
tato siue bonum siue malum sit. Si autem
ante nos considerationem reflectimus vi-
demus mortem periculosam et sententiam
formidolosam. de quibus Ecclesia. vij. Fi-
li memorare nouissima. t. et inef. non etcetera
de quo bernardus. Mortis horrorem. iudi-
cij tremendum valde discrimen ab oculis
cordis elongari nullatenus poteris. Si ve-
ro infra respexeris videbis infernum pro-
fundis faucibus hiantem atque dicentem.
Afferaffer infige verubus male bullientibus
immerge caldaribus. Si vero circumspere-
ris videbis te a dextris et a sinistris positum
in mille periculis. de quibus dicit bernardus
Cogita peregrinationis tue miseriam vite
humane pericula propriam fragilitatem.
procliuem te ad vitia inualidum ad virtu-
tes. Si vero intensus te conspexeris inueni-
es te obrutum defectibus infinitis damas
in celum cum apostolo Ro. vij. Infelix ego
homo quis me liberabit de carcere mortis
huius. Nisi nos humiliauerimus infun-
det deus timoris gratiam sine mora. et sic
pater primum membrum. **R** Secun-
do dicendum est de acquisiti timoris pro-
mouitione. De quo sciendum quod timor iste pas-
su triplici promouetur. Primo enim ex dei
gratia et nostra humilitate ingreditur pro-
greditur egreditur. Ingressum ergo si pro-
mouere volumus eo adiuuante omnia ma-
la que inuenit expellamus hoc enim est pri-
mum opus timoris cum ingreditur. sic enim
dicitur Eccle. i. Timor domini expellit pec-
catum. et augustinus. Timor domini est fu-
ga mali et sic timor ingressus promouetur
si per eum peccatum expellamus. Secundo
timor progreditur per profectum. quem tunc
promouemus si bonum operamur et opera-
ta multiplicamus. hinc Eccle. Qui timet
deum faciet bona et iterum. Qui timet deum
nihil negligit. Tercio timor egreditur qui

tunc promouetur si loco eiusdem egredien-
tis caritas introducatur. hinc iterum Eccl.
Timor domini preparat corda. Preparat
autem corda caritati subsequenti. hinc ber-
nardus. Sicut fera primum ingreditur et post se fi-
lum inducit. sic timor primum corda ingre-
ditur ut post se trahat caritatem. sic patet
quomodo timor ingrediens promouetur per
mali expulsionem. progrediens per boni op-
erationem. egrediens per caritatis introdu-
ctionem.

S Tercio dicendum
est de timoris fructificatione siue utilitate.
De quo sciendum quod tres fructus optimos
ex eius habitu consequimur scilicet vite reli-
giose edificationem. diuinam consolationem
gratie conseruationem. Primo dico timor
edificat in nobis vitam religiosam. Hinc
Eccl. Timor domini est scientie religiosi-
tas. et ideo consulitur accedentibus ad reli-
gionem timor domini. cum dicitur. Fili ac-
cedens ad seruitutem dei. sta in timore. hinc
bernardus. Sine hac gratia gratiarum pri-
ma qui totius religionis exordium est nul-
lum bonum pullulare poterit vel manere.
Omne enim virtutum edificium vergit in
precipitium si huius gratie amiserit funda-
mentum. quid plura. connexa sunt timor et
religio. nec alterum potest sine altero rema-
nere. per timorem enim mundo renuncia-
mus nosmetipsos abnegamus. crucem nos-
tram post dominum portamus. Secundus
fructus est diuina consolatio. hinc Ecclesia.
Timor domini delectabit cor et dabit letici-
am et gaudium in longitudine dierum. hinc
Esa. lvi. Ad quem respiciam nisi ad pau-
perculum et contritum spiritu et tremementem
sermone meos. Tercius fructus timoris
est gratie conseruatio. Est enim quasi quod-
dam reclusorium et vas solidum in quo gra-
ti que date fuerint conseruantur. hinc iterum
Eccl. Timentem deum non occurrent ma-
la sed in temptatione illum deus conserua-
bit. hinc bernardus. In veritate didici nihil tam
efficax esse ad gratiam promerendam conser-
uandam et recuperandam. quam si inueniatis
omni tempore non alium sapere sed timere
Time ergo cum arripserit gratia. time cum
abierit. time cum denuo reuertetur. time cum

arriserit. ne non digne opereris ex ea. si multo amplius timendum cum subtracta fuerit quasi mox casurus. contemisce deo ut sentis tibi iterato. qd si recipiata redierit multo amplius timendum ne contingat reciduum pari. ne tanto deterius nobis contingat quanto crebrius gratia est donata.

Secunda deuotio nos sanctificans est sanctus amor sine quo penitus nihil est sanctum. hinc augustinus. nihil nos ita ad sanctificationem perficit sicut sanctus amor.

De hoc amore similiter tria dicantur scilicet quomodo acquiratur promoueat et perficiatur. Acquiratur autem ex dono dei non nostris conatibus nec subtilitibus quia cum inter dona dei sit nobilissimus nec prece nec precio comparari poterit sed solum a deo donari qui dat illud cui vult. quando vult quomodo vult. et hoc est quod ait apostolus. **Rom. v. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris a quo autem infundatur statim subiungit cum dicitur. per spiritum sanctum qui datus est nobis. non ergo nostris laboribus acquiritur sed per spiritum sanctum infunditur.**

Hinc bernardus dicit. Amorem dei in homine genitum ex gratia dei. unde sicut primo homini inspirauit spiraculum vite datus ei in hoc vitam corporalem et sic factus est homo in animam viuentem. sic ad iustificandum siue viuificandum hominem spiritalem inspirat ei amorem. dicit enim bernardus. Vita hominis est amor dei. Hinc iterum bernardus. Amorem dei vel amor deus spiritus sanctus homini se infundens afficit eum sibi et amans semetipsum de homine deus vnum seculum efficit et spiritum eius et amorem eius. Unde sicut corpus non habet unde viuat nisi de spiritu. sic affectus hominis qui amor dicitur non viuut. hoc est non amat deum nisi de spiritu. Secundo dicendum est quomodo amor infusus promoueat. cum enim infusus (tanquam infans nouiter natus) tenerrimus sit facillime extringitur nisi pijs exercitijs et bonis actibus tanquam cibis nutriatur. quod quomodo fieri debeat ostendit bernardus cum dicit. Amorem dei in homine ex gratia genitum lectio lacrat. meditatio pascit. oratio confortat et illuminat. Amor ergo nouiter infusus

tanquam adhuc tenellus lectione lacrat. Sic enim dicebat apostolus nouiter regeneratus cum lectionem eple eis scribens dixit sic **Cor. iij. Tanquam paruulis in abisso lac vobis porum dedit non escam. nondum enim poteratis intelligere sed nec nunc quidem potestis. Quomodo autem sit intelligendum ut amorem nouiter infusum lacremus docet bernardus. ponens triplicem regulam. Primo enim docet certe lectioni intendendum esse. Secundo de lecta lectione aliquid memorie commendandum. Tertio timor domini superponendum. Primo dico certis horis certe lectioni vacandum est. Fortuita enim lectio et varia et quasi casu reperta non edificat. sed reddit animam instabilem. Secundo de lectione quotidiana aliquid quotidie in ventre memorie est dimittendum. quod rursus reuocatum crebrius ruminetur ut fideliter digeratur et quod etiam proposito conueniat. Tertio in omnibus scripturis initium legenti debet esse timor domini. ut in eo primum solidetur intentio legentis. Intentioni enim lectio deseruit. si enim vere deum querit qui legit. omnia que legit conopantur ei in bonum et captiuat sensum legentis et in seruitute redigit omne intellectum in obsequium christi. Secundo amor lacrat lectioe pasci debet meditatione. Sic enim agitur cum puulis qui cum primo nascunt lacte nutriuntur. qui in puera etate parue tanquam solidiore cibo vescuntur sic amor nouiter infusus lectione tanquam lacte potatur. qui robustior factus meditatione tanquam solidiore cibo nutriatur. **U**nde si dixeris quid sit meditandum. dico quod infinita de hoc occurrunt nobis materia. Debeamus enim meditari mala que commissimus. bona que accepimus et precipue deum quanto vicini? possumus continuo meditari. Sic enim dicit deuterio. Cave diligenter ne vitium obliuiscaris domini dei tui. Similiter meditetur precepta dei ut faciamus. prohibita ut caueamus. Sicut domini passionem et omnem carnem suam dispensationem a nostra memoria recedere nullatenus patiamur. De his et silibus meditationibus hortatur nos deus dicit deuterio. vi. Et unum verbum que ego precipio tibi in corde tuo et meditaberis sedens in domo tua et ambulans in itinere. dormiens atque conuersans scribens.**

Deus amor

ea in limine ostijs domus tue. sic enim de bea-
to viro dicitur in ps. Qui in lege domini medita-
tur die ac nocte. Sic etiam quod in lectione legi-
mus per fidelem meditatorum postea ruminandum
est. ut simus in munda aialia dei nostri Tertio
amor per lectionem lactatus meditazione ciba-
tus. deuoris est orationibus confortandus
et illuminandus. quod quanto crebrius agi-
mus tanto in nobis fortior erit amor. quod
in nobis proficiat deus qui est benedictus in scela.
XCIX. De eodem sermo quartus.

Beati qui habi-
tant in domo tua domine in scela se-
culorum laudabunt te ps. Di. boe-
nius. iij. li. de cons. psa. ij. Omnis mortalium
cura quam multiplicium studiorum labor exercet.
diuerso quidem calle procedit sed ad unum tantum
beatitudinis finem nunc peruenire. Id autem est
bonum quo quis ad pro-nihil ulterius deside-
rare queat Ad quod cum omnibus bonis tam natu-
raliter quam gratia ire peruenire desiderat. ideo
in huius diei euangelica lectione dominus salu-
tem nostram desiderans scalam nobis erexit
in qua duce gratia ad beatitudinem possu-
mus peruenire. Est autem sciendum quod
triplex est beatitudo largo sumpro nomine a qua
denotantur homines dicuntur beati. Sunt autem
beati qui ad regnum celorum sunt vocati.
beatiores qui re et nomine beatitudine sunt de-
notati. beatissimi qui in celesti regno iam sunt
locati. De primis dicitur apoc. xix. Beati qui ad
cenam nuptiarum agni sunt vocati. de secundis
dicitur mat. v. Beati pauperes spiritu etc. de ter-
cijs dicitur verbum propositum. scilicet beati qui habitant in
domo. etc. prima et ultimam relinquentes de se-
cunda beatitudine quod dominus dederit. perse-
quentes. Deus itaque salutem nostram desi-
derans sublimiorem viam nobis proponit
per quam ad maximam vite sanctitatem in hoc
tempore et maximum premium quod datu-
rus est deus in patria possumus peruenire.
cuius doctrine excellentia in forma propositae
lectionis euidentissime declaratur. in qua sic dicitur
Videns Iesus turbas ascendit in montem etc.
In quibus ut diximus huius vite sublimi-
tas declaratur. Nam in turbe relictoe. montis
ascensione. saluatoris sessione. discipulorum ac-

cessione. oris apertione inuinit quod super modum
doctrinam maximam et dignitatem excellentissimam
erat docturus. quam per modum scale octo
gradibus inferis proponit ita dicit. Beati pau-
peres spiritu cuius beatitudinis causam subiungit
cum dicit. Quoniam iporum est regnum celorum de his pau-
peribus dicitur per. i. Melior est pauper sufficiens sibi
quam gloriosus indigens pane. de quo ibidem dicitur
xij. Est quasi diues cum tamen nihil habeat. et est
quasi pauper cum in multis sit diuitis. de qua
paupertate dicitur ber. Quid tam absconditum oculis
tam inauditum et difficile ad credendum quam pau-
perem esse beatum cum pene omnes pauperes ab omnibus
infelices reputent. At tamen veritas loquitur quod
nec falli nec fallere potest. sapientia loquitur quod omnia
que sunt in celo et in terra iustis habentur conditorum
estimatioem. et ponderationem ipsa est quae dicit. Be-
ati pauperes spiritu. Sic vos infensati filij adae.
diuitias queritis. diuitias desideratis usque
adhuc est iam beatitudo pauperum dominus sit
commendata. predicata sit in mundo et credita
sit hominibus. Querat eos paganus. qui sine deo
viuit. quare iudeus qui terrenas possessiones ac-
cepit pro munere. Sed quae fronte magis aut
quae mente christianus diuitias querat. postquam christus
eterna veritas. dei sapientia. beatos pauperes
predicauit. Quousque filij alieni vanitatem
loquetur os vestrum. ut beati dicatis propter
cuius haec sunt. cum filius dei aperiens os suum
locutus sit veritatem. beatos esse pauperes. et
de diuitibus. Vera autem paupertas in
tribus consistit. scilicet in profunda humilitate. despecta
contemptibilitate et reprobabilitate. per quod
de pauperes tria maria bona recipiet. quod deus
dare poterit in celo et in terra. in presentia et in
iudicio et in celo. Nam ex profunda humilitate dat
eis deus optimum quod in hac vita dare poterit
scilicet gratiam. sic enim dicitur ia. iij. De superbijs resistit
humilibus autem dat gratiam. per secundo. despecta pre-
tibilitate dat deus optimum quod dare poterit in
iudicio. scilicet iudiciaria preterit assessores cum christo
iudicent totum mundum. ut sic ipsi uiles et abiecti sunt
ab hominibus iudicati. sic ipsi sublimi colla pro-
prie calcabunt. quod sic perculati dicent in iudicio
illud Sap. v. Non fuerunt quibus aliqui hominum in de-
risum et in similitudinem impertit. nos
infensati estimabam vitam illorum infantiam
et finem illorum sine honore. ecce quomodo

Nota

Ved paupertas in 3

Janetius quod est in scriptis

De 3 beatitudo